

CHRISTIANI WILDVOGELII

ICTI, SERENISSIMI FRATR. DUCVM SAXO-VINARIENSIVM  
CONSILIARII AVLICI, PANDECT. PROFESS. PVBLICI, CV-  
RIAE PROVINC. NEC NON FACVLT. IVRID. ET  
SCABIN. ASSESS.

COMMENTATIO IVRIDICA

DE

EO QVOD IVSTVM EST

CIRCA

DIES CANICVLARES

Oder:

Von dem, was in Ansehn der Hunds = Tage  
so wohl in Geistlichen als Politischen  
Rechtens ist.



IENAE LITTERIS SCHILLIANIS.  
M DCC XXXIII.

(6)

551,589.6 : 631.55 : 34

216252  
K. H. Schill  
W. H. Schill





## PRAELOQVIVM.

Iam venit Aestas

Torrída, qua leto turgent in palmitè gemmæ,  
Virg. Eclog. VII. Et feruentissimum Sirii sidus grauioribus  
studiis inducias quasi imperare videtur. Ita namque pro-  
uide placuit antiquitati, vt eo tempore, quo

Flammiferis tellus radiis exusta debiscit,

Candentique globo medius coquit æthera feruor

Musarum cohors remissionem quandam habeat laborum, ac  
sepositis nonnihil seriis meditationibus, quieti se tradat ho-  
nestæ, quo animus sic refectus, quodammodo alacrior ad  
consuetà studia redire queat: nam vt iterum Poeta:

Nunc etiam pecudes umbras Et frigora captant,

Nunc virides etiam occultant spineta lacertos.


Licet vero caniculæ illi sidereæ remissioni sic studio litare,  
Et viribus corporis hac ratione suppetias ferre statuerint  
veteres pariter ac moderni, nemo tamen omnimodæ socor-  
diæ ac segnitiei inde patrocinium euicerit: Nec enim hoc  
sine cessationem a studiis induxerunt, vt ignauo interim  
otio distuant adolescentes, aut inertì corrumpantur languore;  
quin potius in ipso otio quam minime otiosos esse voluerunt  
literatos, atque tempus auro contra charius honesta qua-  
dam Et liberali recreatione insumi suaserunt. Hinc multos  
celeberrimos viros hoc ipsum otio dicatum tempus præclaræ  
quidam impendere operæ non dubitarunt, Et elegantiori

terere literatura honori sibi pariter ac voluptati duxerunt, uti vel doctissimi Episcopi Simonis Maioli opus, quod *Dies caniculares* inscribitur, iucundissimis refertum colloquiis ac argumentis selectioribus, id satis abunde testatum facit. Vix quippe vel minimum temporis punctum effluere debet, quo non dignum quidpiam sua professione agatis, qui literis deditus est famamque nominis venatur. Inde nos quoque, hoc anni spatium, quo iuxta Propertium Lib. II. Elegia 28.

*Incipit sicca feruere terra Cane*

in abditis musarum secessibus ea colligere, quæ ad *Dies caniculares* pertinent, & quid circa illos iustum est, exiguo scripto proponere decreuimus, reddituri hoc modo rationem otii nostri in ipso otio. Tu, Lector amice, non latrantis canis more hos caniculares labores rode, sed æquo potius animo accipe & interpretare.





CAPVT I.  
DE ORIGINE ET DENOMINATIONE  
DIERVM CANICVLARIVM.

§. I.

**C**ANICVLARES DIES a CANE NOMEN accepisse, ipse sonus vocis indicat. Per canem autem intelligimus, non Molossum quendam latrantem, aut Melampum Pamphagum, Dorceum, vel similem Actæonis comitem, sed sidus illud cœleste, cui Canis nomen a veteribus est impositum. Duo quippe astra in cœlo veteres Astronomos configurasse, quorum alterum *Canis maior*, alterum *Canis minor* dictum fuit, facile norunt omnes qui paucillum saltem ex astrorum notitia hauserunt.

§ II.

In huius vt et cæterarum imaginum cœlestium originem latius inquit PHILIPPVS CAROLI *Animaduers. IV. in Agell. Lib. I. cap. 2.* & variis enarratis  
A vario-

variorum opinionibus, primos mortalium Hebræos & ipsam siderum artem condidisse & nomen iisdem indidisse putat, non quidem fortuito ab animalibus petita appellatione vel hominibus, sed a virtute et influenza eorum, quam in his inferioribus deprehenderunt, idque ex *Iob. IX. v. 9.* scite admodum deducit. Add. AEGID. STRAVCH. *Astrognos.*

### §. III.

Nos misis his, ipsum consideramus sidus, & notamus, ab eodem caniculares dies appellationem suam accepisse, ex eo quod Sol tunc cum ipso oriatur. Vtut vero, vtrum ad Maiorem an ad Minorem Canem hoc referendum sit? inter Astronomiæ Doctores disceptetur, obtinuit tamen, ad Sirium præ reliquis respiciendum esse, stellam scilicet illam lucidam primæ magnitudinis in ore canis maioris apparentem, & huius maxime ortui initium dierum canicularium assignari. Dicitur autem hæc stella ἀπὸ τοῦ σπηρένας, vel quod lucem quasi hiando emittat, vel quod canes σπσηρένας, id est, ore hianti esse cogat præ vehementissima siti, David Origan. *Ephemer. Part. I. cap. 4. in fine.* Huic enim Sirio vis ista caloris ac æstus, quo dies caniculares feruent, vulgo adscribitur, vt hinc πολὺν πυρὸν θνητοῖσι φέρουσα fuerit vocatus ab Homero. Quod & innuit Hesiodus, quando *Lib. II. oper. 5 dier.* scribit:

ἐπεὶ κεφαλὴν, καὶ γένατα αἰεῖρος ἄζει  
ἀναλέας δέτε χεῖρας ὑπὸ κάυματι.

i. e. Quoniam caput & genua Sirius exsiccat:

*Siccum*

❁    ) o (    ❁

---

*Siccum vero corpus ob aestum.*

& Virgil. lib. IV. *Georgic.*

*Iam rapidis torrens sitientes Sirius Indos  
Ardebat caelo.*

Nec non Lucanus Lib. X. *Bell. Pharsal.*

*Hunc ubi pars caeli tenuit, qua mista Leonis  
Sydera sunt cancro, rabidus qua Sirius ignes  
Exserit.*

Latinis alias eandem stellam appellatam fuisse *caniculam*, ex PLINIO, Lib. II. c. 47. VARRONE Lib. I. *de re rust.* c. 28. 32. 33. aliisque patet. Vnde & HORATIUS lib. 1. Od. 17.

*Hic in reducta valle Caniculae  
Vitabis aestus.*

§ Lib. III. Od. 13.

*Te flagrantis atrox hora caniculae  
Nescit tangere.*

§. VI.

Quod tam initium quam finem horum dierum attinet, alii quidem alios ac diuersos eisdem assignant terminos: nonnulli enim inconsiderate ad vespertinum Sirii occasum heliacum eorum initium, & rursus ad ortum heliacum maturinum, finem referunt: nonnulli tempus his tribuunt a primo Augusti die, quo Sol in XVIII. gradu Leonis cum Sirio mane oritur, numerando retro & post utrinque XVIII. dies, atque sic caniculares a XIV. Iu-

lii in XVIII. Augusti extendunt, vnde hic olim traditus fuit versus:

*Margar Caniculas, assumtio terminat illas.*

Conuenientissimum tamen plurimi putant esse, si initium Canicularium dierum collocetur sub ingressum solis in Leonem, & rursus illorum finis sub eiusdem exitum, iuxta quem computum exordium cadit in XIII. Iulii, styl. vet. qui Margarethæ facer est; finis vero in X. Augusti, qui Laurentii memorie assignatur, iuxta tritum versiculum:

*Margaris os canis est, caudam Laurentius addit.*

Vid. ORIGAN. Ephemer. loc. cit. Et add. diuersas Dd. opiniones conciliantem IOANN. TALENTONIVM *Tbesaur. variar. & recondit. rer. Lib. II. cap. 10.*

§. V.

Quod denique effectum horum dierum Canicularium concernit, nemini ignotum est, calidissimum & siccissimum totius anni tempus eosdem efficere, quo aer maxime feruet, copiaque & densitate exhalationum siccarum caligat, animantium præterea corpora laxa & aperta languenti æstu densta quasi ac grauata, quod his versibus exprimit Manilius Poeta.

*Cum vero in vastos surgit Nemeus hiatus,  
Exoriturque canis, latratque canicula flummas,  
Et rabit, igne suo geminans incendia solis.*

Imo vt iam olim obseruat PLINIUS *Libr. II. hist. nat. cap. 40. nec non Lib. XIII. cap. 28. tunc temporis*  
Solis

) o (

Solis vapores intenduntur, feruent maria, fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, & canes toto illo spatio in rabiem vt plurimum aguntur. Inde noxium valde esse iudicant Medicorum filii, hisce diebus medicamenta sumere purgantia, nisi summa id suadeat necessitas, quoniam varia ex his mala prouenisse compertum est, teste HIPPOCR. *Lib. IV. aph. 5.* Quo & spectant illa quæ habet VIRGILIUS *Æneid. Lib. X.*

*aut Sirius ardor.*

*Ille sitim morbosque ferens mortalibus agris  
Nascitur, & leuo contristat lumine cælum.*

*Siriastis* morbus seu febris ardens ab hoc quoque Sirio nomen accepit Sirii æstu nauiente oriri solet, & alias etiam solstitialis appellatur. vid. ADRIAN. TVRNEB. *lib. XXIV. Adu. cap. 38* LVDOV. COEL. RHODINGIN. *antiqu. lect. Lib. XXIX. c. 4.* Huius autem canicularis sævitix deprecandæ causa gentiles quondam canes rutilos immolasse, docet RHODIG. *Lib XVII. c. 27.* licet Ouidius id fere absque idonea quadam ratione factum fuisse autumet, quando FASTOR. *lib. IV.* scribit.

*Pro cane sidereo canis hic imponitur aræ,  
Et quare fiat, nil nisi nomen habet.*

Et hæc quidem de denominatione & effectu physico Dierum canicularium, in præsentia dixisse sufficiat: Iam de illorum effectu iuridico paucis etiam dispiciemus.

## CAPVT II.

DE EO QVOD IVSTVM EST CIR-  
CA DIES CANICVLARES*In Ecclesiasticis.*

## §. I.

**P**Arum equidem de Diebus canicularibus illorum-  
que vsu in ecclesiasticis negotiis dicendum vide-  
tur, quoniam quicquid est huius temporis ad æc-  
tus potius politicos spectat quam ecclesiasticos. Nec  
tamen omni plane effectu carent hi ipsi dies, in ne-  
gotiis etiam non ciuilibus. In scholis namque pub-  
licis dies Caniculares relaxationem præbere a con-  
suetis studiorum laboribus, & tam docentes quam  
discipulos per aliquot septimanas otio quodam ho-  
nesto gaudere, nouimus. Causam huius cessatio-  
nis esse putamus calorem illum intensiorem, qui  
per dictum anni spatium vtplurimum aerem occu-  
pat, & Musarum alumnos non inertes tantum lan-  
guidosque sed & inhabiles fere reddit ad seria cape-  
senda studia. Optime hinc ipsorum sanitati prospici  
visum fuit, si durante hoc æstu caniculari illis re-  
missio quædam daretur, & libertas concederetur  
fessa leuandi membra quiete.

## §. II.

Nouum haud esse institutum, sed antiquitus  
quoque scholas cessasse, a mense quidem Iulio vs-  
que ad Octobrem, colligimus ex MARTIALIS *Lib.*  
*X. Epigram. 62.* quando scribit:



Ludimagister parce simplici turbæ,  
Sic te frequentes audiant capillati,  
Et delicatæ diligat chorus Musæ.  
Albæ leone flammatae calent luces,  
Tostamque feruens Iulius coquit messem,  
Scuticaque loris horridis Scythæ pellis,  
Feruleque tristes sceptrâ Pædagogorum  
Cessent & Idus dormiant in Octobres:  
Æstate pueri si valent, satis discunt.

Nec improbat illud doctissimus Petrus Gregorius Tholosanus, sed inter leges potius scholasticas hanc quoque refert, ut sc. remissiones fiant certis diebus studiorum, ne animus tædio obsessus desperet de literis, aut abhorreat a labore disciplinarum: Studium enim intensum per se triste & implacidum videtur non assuetis, adeoque hi relaxatione quadam ut gaudeant, pene est necessarium, *Lib. XIIX. de Republ. c. 8. in fin.* Quare et Anaxagoras publice sibi decretis honoribus, id sibi tantum commemoratur postulasse, ut quo die mortem obiret, pueris, qui disciplinis & artibus operam navant, permetteretur otium & ludere, *Plautarch. in Politic.* Sed tamen cavendum esse, monet item Tholosanus *cit. loc.* ne istæ vocationes sint longiores, quam decet, cum fatigatis superque tempore festiuitatum, quæ plures in anno sunt, lectiones publice intercipientur. *Ad. D. SCHVWIMMER. de Academ. Diss. VII. theorem. 6. §. 28.*

## §. III.

Eundem igitur hunc morem non approbatum modo sed & introductum legitimus a Serenissimo Electore Saxoniae in Ord. Scholast *Part. III. Tit. von der Remission und Schul-Feyertagen.* qua ita sancitur: Damit auch die Knaben gleich den Praeceptoribus von ihrer talichen Muhe und Arbeit eine gebuhrliche recreation haben, so sollen nach folgende Tage und Stunden ihnen frey gelassen werden &c. Item in den Hundstagen alle Wochen die Mitwoche nach Mittage: Quamuis hanc cessationem multis in locis ad omnium dierum canicularium horas Pomeridianas extendi videamus.

## §. IV.

In Lipsiensi quoque laxior & vberior apparet harum feriarum canicularium vsus, cum per integrum mensem Professoribus ab omni lectione publica abstinere sit indultum, cum tamen in Wittenbergensi tale non obseruetur: ita enim de vtrisque disponit gloriosissimae memoriae Elector Augustus in Ordinat. Vniuersit. *Tit. von den feriis und vacanzien.* So lassen wir wohl geschehen, da in unserer Uniuersitat Leipzig wegen der Canicularien einen Monat lang die publicae lectiones eingestellt werden mogen. Unsere Uniuersitat Wittenberg aber belangende, weil wir berichtet, da bey ihnen bishero die Caniculares zuhalten nicht brauchlich gewesen, lassen wir es der Ferien halber bey dem, wie es bishero alldar gehalten, bewenden.

## §. V.

) o (

§. V.

Dies porro caniculares a rusticis plerumque infumi in refecandis atque colligendis agrorum fructibus, notius est, quam yt probatione indigeat. Licet autem per labores eiusmodi rurales nil quicquam cultui diuino detrahi debeat; attamen cum sæpius accidat, vt cœli intemperie aut alio quodam impedimento occasio præscindatur percipiendi messem ac frumenta, Serenissimus Saxo per conciones diebus profestis alias haberi solitas easdem messales impediri operas noluit, quin potius dictas conciones per dies caniculares suspendi iussit in Ord. Eccles. d. An. M. D. XXC. Tit. III. §. Zum vierten. ib. Nachdem auch die Pfarrer aus geringen, liederlichen Ursachen, die Predigten an Werktagen, besonders zu Sommers Zeit einstellen, und gänzlich unterlassen, sollen dieselbigen, aufferhalb etlichen Wochen in der Erndte, wenn die Arbeit am nöthigsten unnachlässig gehalten werden. Simile quid fanciuere Serenissimi Fratres ac Duces Saxo Vinarienses in Ordin. Eccles. Part. II. cap. 5. n. 9. verb. Und weil der Bauersmann in der Erndten Zeit mit Einsammlung des von Gott bescherten Segens, mehr als sonst zu thun, seind berührte Wochen Predigten, von Margaräthe an bis auf Michaelis, einzustellen, sobald aber hernach wiederum anzufangen, und ohne Versäumnis fleißig fort zu treiben.

## §. VI.

Margarethæ diem, qui est XIII. Iulii, diebus canicularibus initium præbere, *supr. c. I.* diximus: de hoc igitur die notatu digna est dispositio Iuris Saxonici, quæ omnes decimas frumentorum eodem solui ac peti posse iubet, *LandR. Lib. II. art. 58. verb. Am S. Margaretha Tag ist verdienet aller Korn- Behend.* Sunt nimirum Decimæ pars fructuum, quæ a Laicis debetur Clericis de omnibus his, quæ illi licite ex quavis causa acquirunt. *VNGEBAVR. ad tit. X. d. decim. n. 2.* Has decimas in se & sua natura iuris tam diuini quam naturalis esse, ex eo vulgo probant, quod *Luc. X. v. 7.* scribitur: *Dignum esse operarium mercede sua,* & quod Paulus tradit *1. Corinth. IX. æquum esse, ut qui altari seruit, de altari viuat.* De omnibus vero rebus acquisitis, omnibusque prædiorum fructibus easdem tribui debere ex *can. XXI. §. XXII. de decim.* patet: Sed de tempore quo peti possint, nil quidem iure Canonico expresse reperitur definitum; Ratio tamen naturalis dicitur, non prius exigi easdem, multo minus offerri posse, quam ipse Dominus fruges percepit, inque suam redegit possessionem; atque hinc ius Saxonicum citato loco terminum soluendarum decimarum in diem Margarethæ rejecit, quoniam in illo aut messis iam incepit, aut certe de proximo instat: Imo si ante hunc diem frumenta indici & in manipulos redigi contigerit, tunc decimas quaque has frumenti anticipari posse, clare disponit *LandR. d. l. verb. was aber eher geschocket ist, davon ist der Behende ehe verfallen.*

§. VI.

§. VII.

Inferre quis exinde posset, Ecclesiæ pastorem, cuius sustentationi tales decimæ relictæ sunt, si Margarethæ hunc diem superuixerit, integras easdem transmittere ad heredes, nec successori suo quicquam iuris in illis competere, quoniam venit dies, quo debitum peti potest, *L. CXIII. pr. ff. de V. S.* Veruntamen alia est ratio debitorum quæ non pure, sed respectu operarum præstitarum soluuntur: quemadmodum enim famulo defuncto, hæredes eius pro rata tantum seruitii mercedem accipiunt, quamuis certus terminus mercedi soluendæ fuerit præstitutus, *arg. L. XV. §. 6. ff. loc. cond. L. III. §. 12. de re milit.* Ita etiam heredibus ministrorum Ecclesiæ non nisi pro rata temporis, quo muneri suo præfuerunt, salarium cedit: Aequissime hinc disposuit Potentissimus Saxonix Elector, vt, quamuis dies, quo Decimæ soluuntur, viuo Pastore venerit, non tamen ipsi aut eius heredibus integra summa cedat, sed vt omnes illius anni fructus & redditus in vnam summam redigi, & deinceps pro rata temporis, quo ille officio suo functus est, distribui debeant *Ord. Eccl. Tit. von Immunitäten und Freyheiten der Kirchen Diener*, quam pluribus explicat *CARPZ. Jurispr. Consist. l. 1. Def. CLXXII. & CXCVII. seq.*

§. VIII.

Dictum fuit *supr. C. I.* dies caniculares circa *Assumptionem Mariæ*, cuius memoriæ in fastis XV. Augusti assignatur, terminari. De hoc igitur die notamus, eundem Bonifacii VIII. Pontificis decretali,

quæ habetur *in cap. fin. de Sent. Excommun. in VII.* quammaxime esse celebrem, quandoquidem ibi festiuitatibus Maioribus, Natalis sc. Domini, Paschæ & Pentecostes coniungitur, illisque quoad sacrorum usum ac administrationem æquiparatur, quamuis iam ante ex decreto Concilii Lugdunensis hic dies inter feriatos fuerit numeratus, *can. I. de Conseruatione dist. 3.*

### §. IX.

Magis vero notatu dignus est idem dies ob dispositionem Iuris Saxonici, quod vult, vt in illo Decimæ Anserum peti possint ac solui debeant. Ita enim *LandR. Lib. II. art. 58.* zu unser lieben Frauen Tag Würkweihe (ist) der Gensezehend (verdient) Per verbum autem *Würkweihe*, diem *Assumptionis Mariæ* denotari, ex latina textus conceptione patet. Ratio, cur harum decimarum diem tunc venire voluerint leges, fortassis hæc est, quod anseres tunc iustam maturitatem accepisse putauerint, ita vt iam mactari & mensæ adhiberi queant. Interim, licet hæc Anserum decimæ post finitas dies caniculares a debitoribus exigere iure possint, non tamen in totum Ecclesiarum ministris cedunt, qui per integrum annum officio non præfuerunt, sed illi pro rata saltem temporis illarum recipiunt partem, residuo successoribus assignato, vti §. præc. de decimis frugum dictum fuit.

### §. X.

Cæterum cum dies Caniculares in Colligendis ex agro frumentis vt plurimum insumantur, hicque labor



labor finitis diebus hisce cesset, non possumus non deprædicare singularem pietatis Zelum, quem Sere-  
 nissimi Saxonix Ducis Lineæ Vinariensis publicæ  
 testatum voluerunt, quando subditos suos officii sui  
 erga Deum admonentes, ad deuotas grates Numini  
 pro donis vbertim concessis post reconditos fructus  
 soluendas, grauisime hortati sunt, institutis hunc  
 in finem simul concionibus per Ecclesias publicis,  
 quæ vocantur die Ernd-Predigten. Ita enim legi-  
 tur in *Ord. Eccles. Vinariens. Part. II. cap. V. §. art.*  
 Diueil es auch für eine sonderbare Gabe und  
 Wohlthat Gottes des HERRN zu achten, daß er  
 jährlich und treulich die Ernde behütet, auch leib-  
 liche Unterhaltung giebt, als soll alle Jahr, nach  
 eingebrachten Früchten, eine Ernd- oder Herbst-  
 Predigt verrichtet werden, darinn das Volk zu  
 schuldiger Danckbarkeit vor solche Gaben Got-  
 tes ermahnet, und darneben erinnert werde, wie  
 sie dieselbe zum Lobe Gottes, zu ihrer selbst noth-  
 wendigen Unterhaltung, und zum Dienst des  
 Nächsten gebrauchen sollen, darneben verwarnet,  
 vor dem vielfältigen Mißbrauch der zeitlichen Ga-  
 ben, und wie GOTT der HERR denselben  
 mit Land- und andern Straffen  
 pflege heim zu suchen &c.

## CAPVT III.

DE EO QVOD IVSTVM EST CIR-  
CA DIES CANICVLARES*In Politicis.*

## §. I.

**P**ræcipuum negotium, quod Diebus Canicularibus peculiarem quandam in politicis qualitatem tribuit, est Recollectio illa frugum ex agris natarum, qua rustica gens hoc tempore passim occupatur, & vnico verbo dicitur *Messis*, germanis die *Erndte*. Licet vero Collectio illa pro diuersitate frugum multiplex sit & varia, dum scil. fruges aliæ sunt pratorum, aliæ agrorum, aliæ hortorum, aliæ vinearum, & iuxta has fruges quoque alia dicitur *Messis fœni*, die *Heu-Erndte*, quæ circa festum Iohannis instituitur: alia pomorum, reliquorumque fundi frugum, *L. CCV. d. V. S. die Obst-Erndte*, prope Michaelis festum peragi solita: alia vuarum, quæ communiter *Vindemia* vocatur, & mense plerumque fit Octobri. Proprie tamen *Messis* appellatione venit labor ille ruralis, quo agrorum prouentus æstiuales, frumenta sc. varii generis refecantur, in manipulos colliguntur, inque horrea deuehuntur & reconduntur.

## §. II.

§. II.

Huic igitur negotio expediendo, cum ipsum non priuatam modo, sed & publicam promoueat vtilitatem, priuilegium certum tribuerunt leges seculares, & vt per totum illud tempus, quo id peragitur, omnis iudicialis strepitus cesset, nec quisquam in foro conueniri possit, aut comparare teneatur, saluberrime constituerunt. Hinc Feriis annumerari nouimus Dies hosce Caniculares, non quidem sacris & cultui diuino destinatis, quales sunt festa illa maiora & minora, in quibus christiani sacra facturi conueniunt in ædibus sacris; sed politicis & iudicialibus, quibus cognitiones saltem cessant forenses. Diuiduntur quippe Feriæ in sacras, quæ diuino dicatæ sunt cultui, *L. fin. C. d. fer. BOCCERVS de Regalibus. Class. IX. disp. 16. WESENB. Paratit. ff. de fer. n. 1.* & humanas, quæ hominum gratia sunt introductæ, *cap. fin. de fer. IACOP. GOTHOF. Paratit. Cod. Theod. Tit. d. fer. CONRAD. ab EINSIED. d. Regalib. cap. II. n. 334.* Et inter has eminent Feriæ illæ Messium, quibus scil. Impp. Valentinianus, Theodosius & Arcadius, tum feruoribus æstiuis mitigandis, tum fructibus decerpendis, requiem laboris concesserunt, *L. VII. pr. C. de Feriis.*

§. III.

Neque tamen memorati Imperatores primi sunt harum feriarum auctores, sed vetus admodum illarum obseruatio in vrbe Roma fuit, inducta per Orationem Diui Marci, cuius meminit **VLPIANVS** in

in *L. I. de feriis*. qua exprimebatur, ne quis mes-  
 sium vindemiarumque tempore aduersarium cogat  
 in iudicium venire: Quin & iam ante hæc tempora  
 sub Domitiano hunc morem inualuisse discimus ex  
 STATII PAPINII *Lib. IV. Syluar.* vbi ita ad MARCEL-  
 LVM scribit:

*Certe iam Latiae non miscent iurgia leges,  
 Et pacem piger annus habet messesque reuersæ  
 Dimisere forum: nec iam sibi turba reorum  
 Vestibulo, querulique rogant exire clientes:  
 Cessat centeni moderatrix Iudicis hasta.*

Add. AGELLIVS *Lib. IX. noct. attic. lib. 15.* Vt hinc  
 morem istum a Marco certius tantum ordinatum  
 constitutumque arbitretur IAC. GOTHOFR. *Comm.*  
*ad Cod. Theod. L. II. d. fer. §. primo loco.*

#### §. IV.

Circa has autem Cereales ferias, vt eas appellat  
 HILLIG. in *Donel. Enucl. Lib. XXIV. cap. 7. lit. C. in  
 not.* quæritur I. Num statiuæ illæ sint, an concepti-  
 uæ? &, si prius, quando incipiant & quousque du-  
 rent? Paulus sane in *L. IV. de. Feriis*. Præsidi prouin-  
 ciæ hoc tribuit, quod ex consuetudine cuiusque lo-  
 ci messis causa tempus statuere debeat; Contra vero  
 Theodosius Imp. a die octauo Kalendarum Iulii  
 vsque in Kalendas Augusti has ferias concedi iubet,  
 in *L. II. C. D. r.* Ad quam legum contrarietatem tol-  
 lendam varii varie responderunt. ALGIATVS *Lib.*  
*VI. Parerg. c. 9.* adulterinam dictam *L. II. C.* esse  
 statuit,

statuit, idque euincere conatur tum ex collatione eiusdem cum lege sequenti, quæ est Constantini, qui ante Theodosium regnavit, cum tamen Iustinianus iusserit omnes leges Codicis secundum Imperatorum tempora collocare, ut sic ordo temporum constitutionumque ex ipsa compositionis serie clarescat, *Const. Hæc. de Nou. Cod. fac. §. 2.* tum ex orationis stylo inibique contento verbo barbaro: *Irritur, pro, ratum non habeatur,* quod latinitatem haud sapere probat: tum quoque quod nusquam in latinis Codicibus ista lex legatur, nec Accursius quicquam glossæ ipsi adsperserit. Cum Alciato convenit *WESENB. Paratit. ff. d. fer. n. 6.* ab Imp. Gothicis & Hispanis Regibus, quorum cælo & aeris caloribus ista lex magis congruit, eandem diu post occisum Romani Imperii inuentam & latam esse iudicans. Sunt & nonnulli, qui Theodosium vim naturæ rerum intulisse dicunt, eadem ubique & eodem tempore exigendo, cum tamen aliæ regiones aliud ingenium soli habeant, nec omnia in eodem pari uberrate & velocitate progredientur. Sed Imperatorem excusare conatur *ALBERICVS GENTILIS Tr. d. diuers. tempor. appell. cap. fin.* dicens, illum ex prouinciarum Imperii frequentiori consuetudine non inepte tempora messis definire voluisse, & in hoc recte egisse, qui voluerit ne iudicis arbitrium hæcquiri oporteret, cum quo facit *VNGEBAVR. a; Tit. X. d. Feriis n. 14.* Verum, cum ne sic quidem omnis antilogia tollatur, dicere mavult *HILLIG. in Donell. enucleat. Lib. XXIV. cap. 7. tit. P. in not. Legem*

gem istam II. rescriptum continere ad preces consul-  
toris, incolæ fortassis Syriae, Phœniciaë, alteriusque  
regionis, cuius cœlo soloque id tempus conuenie-  
bat: nec enim ad omnes Romani Imperii prouinci-  
as id quadrasse.

§. V.

Nostri sane Imperii septentrionalibus regioni-  
bus hoc messis tempus ibi definitum minime aptum  
esse, reapse comperimus, vnde & in *Ordin. Camer.*  
*de an. MDXXI. Tit. Vacantz.* hæc messium feriæ ex  
die VIII. Iulii ordinantur vsque ad diem XIV. Au-  
gusti, verb. Wir wollen auch, daß nun hinfürter  
die Vacantz oder Ferien gehalten werden sollen,  
wie hernach folget: vom achten Tag Julii, bis  
auf den 14. Tag Augusti inclusiuë; quæ dispositio  
iisdem verbis repetitur in *Ordin. Camer. d. An. MDLV.*  
*Part. II. tit. 33.* Nonnullis tamen in locis paulo aliter  
dictæ feriæ caniculares numerantur: in Ducatu enim  
Magdeburgensi initium capiunt a Die Margarethæ,  
& durant ad diem vsque Bartholomæi, Vid.  
*Ord. Proc. Magdeb. c. II.* In Ducatu vero Saxo-Vina-  
riensi a die demum Iacobi, qui est XXV. Iulii, in-  
cipiunt, & itidem finiuntur in die Bartholomæi. In  
Regno Siciliae & Neapolitano has ferias plane non  
seruari scribit MARANTA. *Part. IV. Distinct. iud. 9. n.*  
*9. SCACCIA Lib. II. d. Iudic. c. 5. n. 177.* & de Gallia idem  
refert CHOPPIN *d. priuil. rustic. L. II. parat. I. c. 7. in fin.*  
Vnde circa eiusmodi ferias quorumlibet iudiciorum  
Constitutiones & ordinationes considerandas esse, mo-  
net BRUNNEM. *ad d. L. II. c. n. 8.*

§ VI.

§. VI.

Effectus harum messalium feriarum est, vt his durantibus omnes actus iudiciales cessent, & nemo in iudicio comparere cogatur, *L. I. pr. §. i. d. Fer. L. II. §. 1. in f. si quis in ius voc. non ier. CARPZ. Proc. Tit. X. art. 1. n. 4.* Et tanta quidem illarum in iudiciis est auctoritas, vt quoad actus iudiciales festis maioribus æquiparentur, indeque sub clausula: Exceptis feriis, *Ausgeschieden der Ferien*, non saltem Festum Natiuitatis Domini, Paschatos & Pentecostes, in quibus religio Christiana ab eiusmodi actibus abstinere nos iubet, sed & *Dies Caniculares* contineri, notet *WEHNER. obseru. pract. verb. Ferien.* Hinc si non obseruatis hisce feriis citatio a iudice emanet, non appellatione, sed exceptione, saltem opus esse, notat *MEVIVS Part. II. decis. 276.* In dubio tamen citatum venire & diem feriatum probare & allegare debere, contendit *VVLTEI. de iudic. L. II. cap. 7. n. 341. arg. L. V. de iudic. L. VII. pr. C. d. fer.* Quod si vero iudex, non attenta hac exceptione, & nuda vna parte, procedat, sententia & totus processus vitiatur, *L. 1. §. 1. d. feriis.* Nisi causæ tractentur publicæ & fiscales, *L. V. C. eod. vel liberales*, & quæ concernunt res tempore perituras, alimento um & similes. *L. 1. §. f. L. II §. III. d. t.* quemadmodum etiam in criminalibus tempore messium tuto procedi posse, notat *IUL. CLAR. L. V. Sent. §. fin. qu. 9. n. 6.* In ciuilibus quoque causis hoc tempore supplices libellos a Camera Imperiali recipi, processus & mandata decerni, (maxime ob moræ periculum,) aut denegari, patet, ex *Recess. Imper. d.*

Anno MDCLIV. §. Die Unterscheidung, vers. dann secundo in denen Canicular-Ferien und andern vacantiën &c.

§. VII.

Sed quæritur: An hæc messium feriæ illis quoque personis profint, quæ in messe non sunt occupatæ, puta militibus, clericis aliisque similibus? Negatiua quidem fundata videtur in *L. 1. d. feriis*. ibi; *quia occupati*. veluti & hanc sententiam defendunt BART. in *L. 1. C. d. agric. & cens.* BRUNNEM. ad eand. leg. & in *Proc. civ. c. VI. n. 24.* SPECVL. tit. d. fer. §. 1. n. 8. Affirmatiua tamen verior est: quamuis enim ipsæ personæ litigantes in colligendis fructibus occupatæ non sint, fieri tamen potest, vt earundem aduocati, procuratores & alii, quorum opera illæ vtuntur, in messi occupentur, vt hinc saltem ob occupationem plurimorum istæ feriæ communes esse debeant, BACHOV. *Com. ad L. 1. pr. d. feriis.* CARPZ. p. I. const. 3. def. 22. n. 7. ZANGER. d. *Except. part. II. c. 7. n. 13.* D. STRVV. *Synt. Iur. Excerc. V. tb. 34.* ad hæc, probi patrisfamilias est, eo tempore, quo fere annona solet esse remissior, frugibus coemptis penum instruere, SCACC. d. *Iudic. d. L. II. c. 5. n. 147.* Accedit, quod non solum ob fruges colligendos, sed & ob requiem laborum & æstiuos feruores hæc feriæ sint introductæ *L. VII. C. de feriis.* WESENB. *Parat. Dig. d. t. n. 7. & ad Cod. eod. n. 30.* HILLIG. DONELL. *enucl. L. XXIV. c. 7. tit. O. in not.* SPECKHAN. *Cent. I. qu. 62. n. 2.*

§. VIII.

Renunciari tamen his feriis a partibus posse,  
mi-

minus dubii habet, *L. I. §. 1. §. L. VI. d. feriis. c. fin. XI. eod.* quandoquidem in priuatorum vtilitatem & gratiam sunt introductæ *GAIL. L. I. Obs. 53. n. 16. CARPZ. Proc. Tit. X. art. 1. n. 15.* Et licet per consequentiam fauorem quoque publicum contingant; haud facile tamen quisquam in iudicium est consensurus, nisi per alios rem suam rusticam æque curare queat, vt sic *Reip.* nihil inde accedat detrimenti, *HILLIG. d. l. lit. AA.* Neque tamen partes litigare volentes iudicem cogere possunt, vt ipsis hoc tempore feriato ius dicat, quoniam is haud deterioris conditionis esse debet, ac ipsimet litigantes. *SCACC. d. iudic. d. l. n. 159. TESSAVR. Decis. XXXIX. n. 3.*

§. IX.

Renunciant autem partes dictis feriis canicularibus vel expresse, contestatione desuper ad acta facta, vel tacite, nullam opponentes feriarum exceptionem, *HAHN ad WESENB. Parat. b. t. n. 8. GAIL. d. Obs. LIII. n. 16. BACHOV. ad L. I. §. 1. d. fer.* Cæterum, partium hæc renunciatio testibus euocandis, si hi in messe occupentur, haud nocet. *TESSAVR. d. Dec. XXXIX. n. 1. §. 3.*

§. X.

Sub finem huius materiæ disquirere placet, de casu, quando aliæ seruantur feriæ in loco litigantium, aliæ in loco vbi lis agitur, quasnam iudex in præfigendo termino obseruare debeat? Respondet *D. STRVV. Synt. Iur. d. Ex. V. th. 36. in fin. ex mente FRANZKI Tit. d. fer. n. 27.* Quod si actor & reus diuersarum, permissarum tamen, in Imperio nostro

sint religionum, & inde diuersas colant ferias, vtriusque feriæ in citatione sint attendendæ. Quæ sententia licet in feriis diuinis, religionis fauore & intuitu admitti queat, in feriis tamen humanis, quales sunt Messis & caniculares aliter rem se habere putamus, quandoquidem obseruatio feriarum ad formalia processus pertinet, & a potestate dependet seculari, *L. IV. C. d. feriis. REINKING. d. R. S. & E. Lib. III. sect. 1. class. 2. n. 4.* In iis autem, quæ non causæ decisionem, sed litis tantum ordinationem respiciunt, semper obseruandas esse leges locorum, in quibus iudicium agitur, vnanimis est *Dd. conclusio, per L. III. in f. d. Testib. FABER in Cod. L. 1. tit. 5. def. 3. 4. & 5. MOD. PISTOR. Vol. II. Conf. 12. n. 79.* Hinc colligimus, quod si litigantes sint diuersarum prouinciarum, in quarum vna messis feriæ citius aut tardius incipiunt, vel etiam longius producuntur, quam in altera, aut in ipso iudicii loco, iudex consuetudinem saltem & leges illius loci, in quo lis agitur, respicere, ipsique litigantes hisce semet conformare teneantur, ni contumaciæ pœnam incurrere velint: In quolibet enim iudicio stylus Curiæ pro lege obseruandus est, *c. II. X. d. Consuet. REINK. d. R. S. & E. Lib. II. Clas. 2. c. 10. n. 15. GAIL. L. I. Obs. CXXIII. n. 3. MYNS. L. IV. Obs. 82. ALDERAN. MASCARD. d. Interpr. Stat. Concl. VI. n. 194. & concl. VII. n. 51. ROCH. d. CVRTE d. Consuet. Sect. IX. n. 15. Add. VNGER. ad Decret. Tit. d. fer. n. 18.*

§. XI.

Hæc de ipsis feriis canicularibus dixisse sufficiat. Quoniam vero hæc feriæ primario ob operas rurales & Mes-

Messlem, quæ dictis diebus instituitur, quando, vt canit BOETH. d. *Consol. Philos. L. I. metr. 6.*

*Quæ Arcturus semina vidit,  
Sirius altas vrit segetes.*

operæ pretium nos facturos putamus, si paucis quid circa ipsam Messlem Iuris sit, perlustremus, atque sic operas dierum canicularium præcipuas pensitemus. Multa quippe in Messis & personarum in Messe occupatarum fauorem introduxerunt leges, quorum non est postremum, sed primo potius memorandum loco, quod ab operis hisce non auocandos esse colonos, nec quouis modo in illis impediendos, constituerunt iura. Ita namque Constantinus Imperator in *L. I. C. d. agric. & cens. AEMILIANO P. P.* rescribit: *Nunquam stationibus vel colligendis frugibus insistentes agricolæ ad extraordinaria onera trobantur: cum prouidentia sit, opportuno tempore his necessitatibus satisfacere.* Cuius vestigia ad immortalem suam laudem pressit Potentiss. Saxoniae Elector IOH. GEORGIVS I. in *Resolut. grauam. d. An. MDCIX. Tit. Von Mentz Sachen, n. 2.* siclementissime disponens: *Wenn dann unsere Meinung nicht ist, die Unterthanen mit unerträglichen Diensten, und zwar zu solcher Zeit, da sie mit den Ihrigen selbst zu schaffen, zubeschweren ic. So wollen wir, daß das Holzschlagen, jedesmahl zeitlich, ehe die Leute in der Heu Erndte oder im Schnitte zu thun bekommen, angestellet werde.* Quale quid iam antea quoque in *Resol. grauam. Comitiorum Torgauensium An. MDCIII.* circa vecturas frumentorum legimus. §. wann auch der Grafen

fenre, his verbis: die Getraid-Führen sollen nach Ausweisung der Amts-Bücher, und wie es vor Alters herkommen, jedoch zu bequemer, aufferhalb der Saam- und Erndten-Zeit geleistet werden. *Re-  
tissime omnino: nam & iam olim Ictus Gaius agno-  
uit, ita exigendas esse a libertis operas, vt his quo-  
que diebus, quibus operas edat, satis tempus ad quæ-  
stum faciendum, vnde ali possit, habeat, L. XIX. d.  
oper. libert & NERATIVS in L. pn. §. 1. eod. dixit, quem-  
libet operas edentem aut alendum esse, aut satis tem-  
poris ad quæstum alimentorum ei tribendum: & in  
omnibus tempora ad curam corporis necessariam re-  
linquenda. Vid. CARPZ. L. I Resp. LIII. MEY. Part.  
IV. decis. 133.*

### §. XII.

Eadem tamen ratio, quæ subditos a præstatione operarum defendit, eosdem nonnunquam ad illarum exhibitionem adstringit, quando nimirum instante iam Messe lis quædam inter ipsos & Dominum super modo & qualitate seruitiorum debitorum, quæ absque damno præstari possunt, exoritur: Ne enim tali in casu per ipsius causæ disceptationem, quæ sæpius in longius tempus protrahi solet, commoditas temporis pereat, placuit Serenissimo Sax. Electori, in fauorem Messis, operarum exhibitionem rusticis iniungere, discussione iurium in aliud tempus reiecta. Ita enim in *Resol. grauam. d. An. MDCLIII. & MDCLVI. Fit. Iustitien Sachen. §. 37.* Würde sich auch zutra-  
gen, daß dergleichen Irrungen etwa zur Zeit der  
Saat, Heu- und Getraide-Erndte entständen, und  
vor-

vornehmlich der Dienste qualität, ob sie gemessen oder ungemessen wären, concernirten, daß man so geschwinde zur Erörterung nicht gelangen, noch auch die Unterthanen, ihre Intention mit Verträgen, noch in andere Wege bescheinigen könnten, so soll man ihnen zwar vor dismahl, zur Beförderung der Erndte, unbeschadet ihres Rechts oder Process die Dienste zu leisten anbefehlen, jedoch darnach auf erfolgte Verhör und Befindung, daß sie solche Dienste zu thun nicht schuldig gewesen, denen Gerichts Herrn oder Beambten gebührlichen Abtrag zu thun auferlegen.

§. XIII.

Ipsam frumentorum resecationem quod attinet, notamus, quorundam locorum statutis prohibitum esse subditis, ne nimis propere manum demetiendis frugibus admoueant, sed iustam illarum maturitatem expectent, insimulque permissionem recollectionis seu incisionis a Præfectis impetrent, veluti ita iure provinciali BAVARICO Tit. XXVIII. art. 9. statutum est: Nachdem grosser Schaden erfolgt, wenn man das Getraid unzeitig schneidet, und ehe dasselbige reiff, in die Felder greiffte, so soll man nicht schneiden, bis daß ein jedes Getraid recht zeitig und reif worden. Doch wo ein Bauers Mann so nahend ausgezehret, daß er keine Speise im Hause hätte, und etwa in einem Orte ein Traid, welches nahend zeitig, schneiden könnte, mag er solches schneiden, doch daß er es dem Zehend Herren anzeige Vid. D. FRITSCH. Tr. de Iur. Messis c. II.

D

§. XIV.

## §. XIV.

Verum extra hunc statuti casum, an Iure civili licitum sit, immaturarum frugum messem facere? videbimus. Nullam equidem hac in parte legum prohibitionem inuenimus, quin potius fructuario concedi oleas immaturas legere & fœnum immaturum cœdere, apparet ex *L. XLVIII. de usufr.* Id tamen cum hoc temperamento accipiendum est, nisi tertio vllum inde obueniat damnum, nec ius eius interuertatur. Quare in iam allato casu nihil impedit, quo minus usufructuarius immaturos agri fructus colligere queat modo usufructus duret vsque ad iustum tempus re-collectionis: sic enim proprietarii nihil interest, quippe cui fructuarius præpropere messe non facit iniuriam, sed sibimetipsi, *L. LIV. ad L. Aquil.* Idem dicendum de legatario, cui vltimo anno legati, (si forte prædium ad decem annos fuerit legatum) sequentis anni fructus immaturos præcipere non licet: nec non de eo, qui restituere fundum grauatus, in fraudem legatarii, cui dies messis vel collectionis intra tempus maturitatis cesserat, fructuum collectionem anticipare præsumit. *arg. LXXXV. §. 1. Locat. GOTHOFER. in not. ad d. L. XLVIII. d. usufr. n. 30.* Cæterum notandum hoc loco & illud est, quod maturitas fructuum non æstimari debeat ex priuata coloni affectione, sed ex boni diligentisque patrisfamilias cura & intentione, quomodo intelligendam esse *L. pn. d. usufr.* monet *GOTHOFER. rit. loc.* vbi maturitas oliuæ non spectari dicitur naturalis, sed iuxta illud tempus, quo magis colono domine eum fructum tollere expedit. Cum igitur olea  
im-

immatura plus præbeat utilitatis quam si matura legatur, utique immaturam eandem legere licebit, quod & in similibus frugum generibus obtinet.

§. XV.

Porro an messales operas & labores die quoque dominico suscipere fas sit? quæritur. Nos equidem iudicamus, illud manifestæ diuinarum legum sanctioni aduersari, Exod. c. XII. v. 16. Numer. c. XV. v. 32. Exceptum tamen volumus necessitatis casum, *arg. L. III. C. d. Feriis c. III. X. eod.* Hinc quando messis tempore rara est cœli serenitas, eadem vero die dominico vel Sabbati affulget, non negligendam esse opportunitatem fructuum colligendorum, ipsa necessitas quasi imperare videtur, modo cultus diuinus, quoad fieri potest, nec in totum, nec ab omnibus, qui sunt in familia, negligatur, *BALDVINVS d. Cas. consc. L. II. c. 13. cas. 4. CARPZ. Ip. Consist. L. II. def. 251. n. 6. seq.*

§. XV<sup>i</sup>.

Haud prætereundum est hoc loco Spicilegium, vulgo, das Uehren Lesen, oder Nachstoppeln, quod diebus canicularibus post collectas a Domino fundi fruges, homines egeni & pauperes exercere solent. Vid. *L. X. §. 1. d. V. S.* De hoc igitur quæritur: An iure sit licitum? Resp Spicilegium hoc libertatis naturalis, adeoque cuius esse permissum, probatur tum ex eo, quod absoluta frumentorum inuectione in horreum, spicæ in agro relictæ pro neglectis, nec in dominio vel possessione domini amplius esse reputentur, & sic primo occupanti cedant, *§. pr. I. d. rer. diu. L. V. pro derelict.*

tum, quod ipsemet sapientissimus Legislatoꝝ per Mo-  
D 2
sen

sen iufferit, spicas quasdam in messe ad vsum pauperum, viduarum ac orphanorum relinquere, easque his personis iure proprio addixerit, *Leutic. c. XIX. v. 9. Deut. c. XXIV. v. 17.* Non tamen hoc spicilegium institui fas est inter frugum fasciculos, & antequam illi ex agris plene sint deportati: nec enim ante de animo domini spicas derelinquentis constare potest, eluti & idem a foemina Ruth in agro Boas spicas tollente obseruatum fuisse, legimus *L. Ruth. c. II. v. 7.* Sic & ne haec licentia nonnullis prauis otii materiam subministraret, a prouido Magistratu sanis ac corporis robore praestantibus hominibus spicilegio merito interdicitur, prout id factum esse in *Ord. Prou. Wuertenberg. c. V.* memorat *D. FRITSCH. d. Iur. Mess. c. V. tb. 3.*

§. XVII.

Nonnullis praeterea in locis receptum est, vt post collectas spicas stipulae in agris incendantur & igne comburantur, atque hac ratione sterilitas agrorum emendetur. Hinc *ICtus in L. XXX. §. 3. ad L. Aquil.* quaerit: Si quis ita in stipulam suam vel spinam comburendae eius causa ignem immiserit, & ulterius euagatus & progressus ignis alienam segetem vel vineam laeserit, quid statuendum? Requiritur debere responderi, num imperitia eius aut negligentia id accidat: nam si die ventoso id fecit, culpa reus est. In eodem crimine esse & eum, qui non obseruauit, ne ignis longius procederet. At si omnia quae oportuit obseruauit, vel subita vis venti longius ignem produxit, carere eum culpa.

§. XVIII.

## §. XVIII.

Quæstionis, quæ iam decisa est, occasione eo de-  
uehimur, vt de Stipula, quæ in messe iacet, & cuius in  
*L. XIII. pr. quib. mod. vsufr. amitt.* fit mentio, notemus,  
eam heredis esse fructuarii. Quid autem sit *in messe*  
*iacere*, interpretatur GOTHOF. *ad d. l. XIII. n. 91.* con-  
tendens idem esse, ac *demeffum iacere*: idque tunc con-  
tingere putamus, quando, prout in quibusdam fit lo-  
cis, peracta messe & recollectis spicis, stipulæ remanen-  
tes euelluntur & calefactioni hypocaustorum aut aliis  
vsibus adhibentur. Atque sic idem plane ius in stipu-  
lis, quod in ipsis spicis & agrorum fructibus obtinet,  
vt scil. fructuarius non nisi separatione ab agro illas  
suas faciat. *d. L. XIII.* Quid iure Saxonico circa eius-  
modi stipulas sancitum sit, patet ex *L. II. LandR. art.*  
*58. circ. fin. ib.* Hat auch der Lehnherr lassen säen des  
Kindes Land, ehe es sich beiahret, er behält die Saat  
mit Recht, aber nicht die Stuppeln. Vbi Gloss. mar-  
ginalis, add. das ist, sie gehören dem Grunde zu und  
folgen demselbigen, *l. fundi ff. d. act. empt.*

## §. XIX.

Deducimur per hoc ad vsufructuarios ipsos, pen-  
sitaturi quidnam iisdem iuris tribuat Messis. Et quidem,  
cum vsufructuarii sit omne id, quod in fundo, cuius ha-  
bet vsufructum, nascitur, *L. IX. pr. & L. LIX. §. 1. d.*  
*vsufr.* inde inferre licet, quod ipse Messem pro lubitu  
facere queat, præfertim quia non aliter ille fructus  
suos facit, quam separatione & reseccatione a terra: fru-  
ctuarius enim, etiamsi iam maturis fructibus, nondum  
tamen perceptis decesserit, heredi eos fructus non re-

linquit, *L. VIII. d. ann. legat. L. XXV. §. 1. d. usur. L. XLVIII. d. acqu. rer. dom.* Vnde Paulus scribit, *d. L. XIII. quib. mod. ususfr. fin.* spicam quæ terra tenetur, quando usufructuarius decessit, domini fundi esse, fructumque percipi spica aut fœno cæso, aut vva adempta, aut excussa olea, quamuis nondum tritum frumentum, aut oleum factum, vel vindemia coacta sit. Ex quo simul apparet, frustra niti hoc *L. XIII. CARPZ.* qui perceptionem frugum tunc demum factam esse putat, si illæ fuerint in horreum reconditæ, *P. II. Const. XXXVII. def. 20. & BRUNNEM. ad L. XV. Locat. n. 8.* nisi quis, eos de perceptione in gradu eminentiori sensisse, dicere malit cum *D. THOMAS. Disp. I. d. Iur. circ. frument. c. 1. n. 47.*

§. XX.

Quid Usuarius ex fundo percipiat, determinat *Imp. in §. 1. I. de us. & habit.* Nimirum nihil ulterius ille habere intelligitur, quam ut oleribus pomis, floribus, fœno, stramentis & lignis utatur ad usum quotidianum: & amplius in eo fundo hætenus illi morari quidem licet, sed ita, ut non sit impedimento iis, per quos opera rustica fiunt, *L. I §. 11. eod.* Cuius consequens est, Messis tempore proprietarium ipsum ad fructus percipiendos & per tempora fructuum colligendorum simul habitare illic posse, prout decidit *ICTUS in L. XII. pr. d. t.*

§. XXI.

Usufructuario similis est Vasallus, qui ex re aliena in feudum concessa utilitatem capit quoad vivit, post mortem vero suam, vel simultanee inuestitis, vel ipsi domino feudi eandem relinquere cogitur. Hinc quæritur an idem sit ius circa hunc Vasallum ac alium quem-



quemuis fructuarium? Differentia in hoc articulo valde notabilis notanda est inter iura feudalia communia, & Saxonica. Feudale enim id solum tempus respici iubet, quo Vasallus diem obiit, ita vt si hoc contingat post Kalendas Martii vsque ad Kalendas Septembris, omnes fructus tam naturales quam industriales ad heredes Vasalli pertineant: sin post Augusti mensem, atque adeo ipsis iam diebus canicularibus finitis mors contigerit, omnes anni fructus percipiat *Dom. II. Feud. 28. §. His consequenter. D. STRVV. Synt. Iur. Feud. c. XV. §. 16. n. 3. HARTM. PISTOR. L. I. qv. 24. n. 39. seq.* Simile quid observari in Meso Marchia Brandenburgensi, ita tamen vt decedente Vasullo ante diem Margarethæ, & sic ante Caniculares dies, stantes fructus ad feudi successorem pertineant, post *SCHEPLIZ. Consuet. March. p. III. tit. 3. §. 7. docet. BRVNNEM. Cent. II. Dec. XCII.* Verum benignius hac in parte cum Vasallo agit Ius Saxonicum, quod culturæ & curæ, seu operarum & laborum in agris exantlatorum æquissimam habet rationem, atque hinc tantum fructuum ex prædio feudali heredibus Vasalli tribuit, quantum ex eius seminibus in agrum coniectis & occa subductis nascitur. *Landr. Lib. II. art. 58. §. Des Mannes Saat die er mit seinem Pfluge würcket, die ist verdienet, als die Ege drüber gehet. §. Gloss. fin. in Lehnrecht. c. 6.* Stürb ein Mann, der kein Lehns Erben lies, sondern nur ein Erben zu Landrecht, derselbige Erb sol nehmen (zu recht) aus den Gütern, alles das der Todt verdienet hat (das ist) allen Samen, den der Todt mit seinem Pflug untergewürcht hat, vor der Zeit, ehe er starb.  
Et

Et hoc quidem in iustissimum laborum præmium, & ne Dominus vel Successor feudalís ex alieno damno lucrum faciat, contra principia iuris naturalis & fundamenta æquitatis in *L. XIV. d. cond. indeb. L. XV. §. fin. L. LXVI. eod. L. CCVI. d. R. I. §. c. 47. eod.* Quare hanc ipsam iuris dispositionem amplexus quoque est Serenissimus Saxo in *Const. XXXII. part. III. verb. Was die Egede bestrichen hat, und unterbracht ist bey Leben des Verstorbeneu, solches, weil es des Verstorbeneu erworben Gut, auch bey seinem Leben beschicket worden, folget und bleibet den Erben und nicht den Lehns Folgern. Vid. ibid. CARPZ. def. 1. & 2. Add RICHTER. decis. LVI. n. 3.*

### §. XXII.

Ex his igitur tuto inferre licet, quod in terris Saxonis idem obtineat in casu, quo ager dotalis post mortem vxoris ad eius heredes redit, vel etiam dotali-um morte viduæ resoluitur, vel alio modo vsusfructus agri extinguitur, adeoque tunc omnes illi fructus ad heredes pertineant, qui a defuncti possessoris nauata opera profecti sunt, prout pluribus exemplis & præiudiciis id firmat *CARPZ. d. p. III. Const. XXXII. def. 3. 4. §. 5. COLER. P. II. Dec. CCLIII. §. CCLXXXVI. n. 99. it. d. Proc. Exec. P. II. c. 3. n. 316. THOMING. Decis. III. a n. 2. ad fin. KOPPEN. Qu. XXX. n. 16.* Quod si vero maritus initio matrimonii agros vxoris suæ cultos & seminatos acceperit, post matrimonium dissolutum semen & impensas necessarias heredibus vxoris restitui debere, æquitas suadet, *RICHTER. d. Success. Sect. IV. memb. 2. n. 7. §. 8.*

### §. XXIII.

## §. XXII.

Dictum fuit supra usufructuarium statim lucrari  
 agri fructus, quando hi messis tempore a terra sunt re-  
 secti, licet nondum in horreum fuerint auecti. Hinc du-  
 bium oritur, an Messis idem operetur circa comestibilia,  
 seu dimidiam illam partem frugum, quæ post trigesim-  
 um a morte mariti diem in ipsius domo supersunt, &  
 viduæ nobili ex dispositione Iuris Saxonici Land R. L. I.  
*art. 22. in med.* debentur? Affirmatiuam defendit, atque  
 sub c. bariis, quæ vocamus das Mustheil, comprehendi  
 etiam fructus in agro demessos & in fasciculum colle-  
 ctos, licet nondum in aream sint deducti, putat BERLICH.  
*P. III. Concl. 48. n. 7.* ex ea ratione, quod hi fructus non  
 sint amplius pars fundi, adeoque in dominio colligen-  
 tis esse censeantur, quam primum a solo fuerint separa-  
 ti, L. XIII. *quib. mod. usufr. amitt.* L. LXI. §. 8. *d. furt.* Cui  
 adstipulatur inclytum collegium Ictorum huius cele-  
 berrimæ Academiæ in peculiari Consilio, quod exhibet  
 D. FRITSCH. *in Addit. ad Besold. Thes. Pract. verb. Korn-Pächte,*  
 Sed contradicunt hisce Scabini Lipsienses in singulari  
 pariter Responso a D. FRITSCH. *cit. loc.* edito, nitentes  
 textu Iuris Sax. quod illa tantum frumenta pro dimidia  
 parte viduæ addicit, quæ in area Mariti reperiuntur,  
 Land R. d. L. I. *art. 22. ib.* in jeglichen Hofe ihres Mannes, oder  
 wo er sie hätte in seinen Gewehren: quæ verba non de do-  
 minio sed de possessione saltem & reali custodia loquun-  
 tur, & ad hanc solum in determinandis cibariis resp. cere  
 iubent: Quod & confirmat *Const. Elect. XXXIV. p. 3.*  
*verb.* So gebühret der Frauen solches allein von dem, welches  
 zur Zeit des Mannes Absterben in seinem Hof oder Behaus-  
 E  
 fung

sung gewesen, und darum wenn Wein, Korn oder anders, so zum Muscheil gehöret, bey des Mannes Leben noch auf dem Felde gestanden, und doch folgendts innerhalb dem dreißigsten einkommen, solches gehöret den Erben allein, und hat sich die Frau daran keines Muscheils anzumessen. Vid. CARPZ. d. C. XXXIV. def. 4.

§. XXIV.

Sed penitius paulo hoc Messis obiectum, fructus sc. maturos in agro enatos, expendere iuuabit. Et primo quidem, an Emptionis-Venditionis contractus de frumentorum spicis, antequam demetantur, valide iniri possit? dispiciamus. Certe Iure Romano eiusmodi contractum super fructibus agrorum maturis permissum fuisse, ex eo colligitur, quod frumentum etiam in herbis vendere licuerit, L. LXXVIII. §. *fr. d. Contr. empt.* Hodie tamen id multis in locis minime est concessum, quo omnis onerandæ annonæ occasio præscindatur & fœneratorum occurratur malitiæ, veluti de Gallia id testatur CHOPPIN. *de priuil. rustic.* L. II. p. 1. c. 5. THOLOSAN. *Synt. Jur.* L. XXV. c. 6. n. 12. De Hanseaticis ciuitatibus MARQ. *d. Jur. Mercat.* L. III. c. 5. n. 13. De Frisionibus WISENBACH. *ad Tit. de contr. empt. ib.* IX. §. X. Et in Imperio nostro Romano Germanico publica hac de re viget prohibitio in *Reform. Polit. d. An.* MDXLVIII. *Tit. Von Verkaufung der Früchte auf dem Felde, nec non in Ordin. Polit. Francos. d. An.* MDLXXVI. *Tit. 19.* qua cauetur: Daß hinfürder kein Geld-Kauff auf Getraidig, noch auch an den Scheffeln, ehe denn das Getraidig ausgetroschen, geschehen solle, anders denn wie auf feilen Märkten gekaufft oder verkaufft werde.

§. XXV.

§. XXV.

Vt tamen totum hoc negotium melius percipiatur, diuersos casus ab inuicem discernimus cum D.STRY-  
 KIO *d. caut. contract. Sect. II. c. 8 §. II.* & distinguendum  
 inter has quæstiones putamus: An fructus sperati seu  
 plane futuri vendantur? an fructus in herbis & imma-  
 turi? an denique facultas percipiendi fructus? Ac  
 primum quidem contingit, quando fructus nondum  
 adhuc existunt, ordinario tamen naturæ cursu existere  
 possunt: Et hæc venditio conditionalis est, hanc tacitam  
 semper conditionem complectens, si fructus nati fue-  
 rint: vnde si nihil nascitur, nihil debetur, sed pretium  
 solutum ob conditionis defectum repetitur, *arg. L. VIII.*  
*d. contr. empt. ZOES. h. t. n. 25. MANTIC. d. tac. & ambig. conv.*  
*L. IV. tit. 18. n. 26.* Quod si aliqui fructus nati fuerint quam-  
 uis pauci, contractus sustinetur & emptor ad integrum  
 pretium obligatur, *LAVTERB. Compend. Jur. ad Tit. d. contr.*  
*empt. p. 234.* Altero in casu contractus ab initio est per-  
 fectus & periculum omne ad emptorem transfert, *arg.*  
*§. III. f. d. empt. vend. L. XXVI. d. act. empt. L. LXXVIII.*  
*§. f. d. contr. empt.* Tertius denique casus similis est em-  
 ptioni spei, in qua emptor ad pretium obligatur, etiamsi  
 nihil plane nascatur, nec quicquam fructuum percipi  
 possit, est enim spes loco rei venditæ, *L. VIII. §. 1. d. contr.*  
*empt. L. VIII. §. f. d. peric. & com.* Si tamen per vendito-  
 rem steterit, quo minus aliquid natum sit, aut is nihil  
 plane natum iri sciuerit & dissimulauerit, tenetur ad  
 æstimationem illius, quod verisimiliter nasci potuisset,  
*L. XII. L. XXI. pr. d. act. empt. LAVTERB. d. l. D. STRVV.*  
*Exerc. XXIII. th. 27.*

## §. XXVI.

De his igitur diuersis casibus & contrahendi modis iam quæritur, an omnes sub prohibitione illa, quæ extat in memoratis Imperii Recessibus. comprehendantur? Vbi nos negatiuam amplectimur, dictasque Leges ad secundum tantum contractus genus restringendas esse, ex eo colligimus, quod Sacratissimo Legislatori animus fuerit, dolo & calliditati siue deceptionibus foeneratorum obuiam ire, qui pauperculos agricolas, hilari messe iam ob oculos versante, modico pretio defraudare cupiunt: nulla autem perceptio inde oriri potest, si quis aut fructus futuros, aut nudam saltem illorum spem emat, quin damnum potius ipsi emptori metuendum est, quando vel pauci vel nulli penitus fructus enascuntur, & infelix lolium sterilesque auenæ spem eius deludunt. Probabilem præterea hanc sententiam reddit inscriptio citatæ legis, his concepta verbis: von Verkaufung der Früchte auf dem Felde, quæ fructus vtique iam extantes respicit, non futuros & qui nondum sunt in rerum natura, quorum proinde periculum facilius in emptorem locupletem transferre licet. Accedit, quod Constitutiones istæ Imperii non solum derogent iuri communi, sed & propter pœnam adiectam pro odiosis reputentur, quas ob id restringi potius, quam ampliari conuenit, *c. odia d. R. I. in VI. licet vel similis aut maior quædam ratio subsit, CORSET. in Singular. verb. Extensio. il. 2. n. 1. TIRAOY d. retract. in præf. n. 62. seq. QNORSUM & CARPZOV. P. II. Const. XXXVII. def. 25. respicere videtur, quando perceptionem fructuum ex certo fundo aleæ assimilat, atque ficeius venditionem admittit.*

## §. XXVII.

§. XXVII.

Cæterum, ipsum agrum vna cum fructibus nondum maturis, vel etiam instante iam messe maturefcentibus, licite vendi posse, dubium plane non est, *L. XIII. §. 10. d. Act. Empt.* nec tali contractui ante allegata Imperii Constitutio obstat, quippe quæ frugum tantum in agris enatarum alienationem in olium Dardanariorum inhibet, nemini vero substantiæ suæ distractionem denegat, cui fructus pendentes, tanquam pars toti necessario accedunt, illamque sequuntur. *D. FRITSCH. d. Iur. Mess. cap. VII. th. fm.*

§. XXVIII.

Quid autem dicendum est in casu, quo quis fundum vna cum fructibus emit, ignorans, quod heri vi tempestatis omnes fuerint devastati, aut maior eorum pars perierit? *Resp.* Quoniam in tali contractu potissimus respectus ad corpus fundi habitus fuit, emptio venditio quidem subsistit, sed, cum simul fructus tanquam pars venditi sint, arbitrio boni viri damnum in illis datum æstimandum erit, vt pro huius ratione emptor a pretii præstatione liberetur, *L. LVII. §. LIX. d. contr. empt. D. STRVV. Ex. XXIII. th. 10. MOZZ. d. contract. Tit. subs. contr. vend. th. LV.*

§. XXIX.

Reliquos contractus quod attinet, optimo iure ille de fructibus in agro natis celebrari possunt, adeoque & pignus in illis consistit, expresse sic disponente dicta *Ordin. Francof. Tit. XIX.* Daß daß Leihen auf die Früchte zwar erlanbet seyn solle, jedoch nicht anders als auf den Schlag und gemeinen Kauff was nemlich das Getreyde zur Zeit des Con-

tractis oder aber vierzehnen Tage die nechsten nach dem Herbst oder Erndte gelten wird.

§. XXX.

De Messis sterilitate & quid eius intuitu circa pensionis remissionem in contractu Locationis conductionis, iuris sit, multa dicenda forent, sed instituti presentis ratio id vix permittit. Quare breuissime saltem notamus, inter hæc duo distinguendum esse: Vtrum nullo de casu hoc sterilitatis fortuito interuenerit Pactum? an vero conuentio quædam super illo fuerit interposita? In priori casu æquitas svadet, vt remissio mercedis conductori præstetur, *L. XV. §. 2. Locat. L. IIX. C. eod. secundum arbitrium iudicis. MENOCH. d. A. I Q. Lib. II. cent. I. cas. 76. n. 4. §. 5. CARPZ. Asyl. debit. cap. II. th. 40. n. 118. GAIL. Lib. II. Obs. 23. n. 1.* Modo integrum conductionis tempus computetur, & finito eo demum de læsione dispiciatur, *FRANZK. Tit. Locat. n. 110. seq. MEV. part. I. Dec. CXCVI. n. 7.* Et sterilitas secundum regionis naturam non sit contingere solita. *BOSSIVS Prax. ciu. tit. d. remiss. merc. n. 89. PANTSCHM. Lib. I. qu. I. n. 6.* In posteriori casu standum est conuentione, & quidem si conductor casus fortuitos in se recepit, tenetur etiam insolitos ferre, *FAB. in Cod. Lib. IV. tit. 41. def. 2. SETSER. d. Iuram. Lib. I. c. 25. n. 59. seq. RAUCHB. Part. II. qu. 2. 29. CARPZ. P. II. Const. XXVI. def. 8. RICCIUS Collect. dec. CCCCLXXIIX. HILLIG. Donell. enucl. Lib. XVI. cap. 13. lit. C. in not. Nisi casus valde insoliti, CARPZ. GOMEZ. Tom. II. Resol. cap. 3. n. 19. ZANGER. d. Except. P. III. c. 21. n. 6. SEB. MED. C. d. cas. fort. Part. I. qu. 51. n. 2.* Quorum determinatio iudicis arbitrio

bitrio committitur, *MENOCH. A. I. Q. Lib. II. cent. cas. 80.*  
*RIPA ne Pest. Tit. d. priuil. contr. n. 103.*

§. XXXI.

Nunc paucis etiam damnum Messis tempore in agrorum fructibus datum considerabimus. Accidit hoc vel a feris bestiis, vel ab hominibus, & horum quidem vel negligentia, vel etiam malitia. Damnum, quod a ferarum de pastu frugibus imminet, quantum possibile est avertere conantur pii Principes, idque imprimis laudabili exemplo fecerunt Sax. Electores D. AVGVSTVS & Christianus II. & ille quidem in *Constit. d. An. MDLV. Tit. Von Abscheuchung des Wildtpratts vom Getrendig*: hic vero in *Resol. Grau. d. An. MDCIII. §.* Damit nun, quando subditis non quidem feras occidere, clamare tamen vel canum minorum latratu easdem abigere permiserunt, quod vulgo dicitur: Abschrecken. Quorum vestigiis insitit gloriosissimæ memoriæ Elector IOH. GEORG. I. in *Resol. gravam. An. MDCIX. Tit. von Renthsachen, n. 31. 16.* wie uns denn auch nicht zuwieder, daß mandas Wildpret mit den kleinen Hunden abheßen, sowohl Scheussel und Wildwächter halten möge. *ic.* Multo magis igitur licebit agros contra ferarum incurfus sepimento claudere, Vid. hoc ex Noe Maurers *p. II. vom Jagt- und Forst Rechte* lautius deducentem D. FRITSCH. *Tr. d. de Iure Hortor. §. XVII.*

§. XXXII.

Pertinet & huc, quod Principes, qui salutis subditorum curam gerunt, quando messis ante Bartholomæi diem absolui nequit, venationes leporum ad tempus suspendere solent, ne stantibus adhuc in agro fructibus  
dam-

damnum inferatur, D. FRITSCH. *De Jure Messis. c. X. th.*  
 2. nec non, quod pasturam animalium prohibeant, do-  
 nec manipuli frumentorum Die Garben ex agris om-  
 nes fuerint deducti inque horrea conuecti. *Idem. d. Tr.*  
*c. XI. th. 1.*

### § XXXIII.

Negligentia hominum damnum infertur maturis  
 frugibus per animalia, quæ in dominio & custodia pri-  
 uatorum constituuntur. Ad hoc vero resarciendum  
 datur vel actio de pastu contra dominum animalis, vt  
 damnum depascendo datum restituat, animal noxæ de-  
 dat, PAVL *recept. sent. L. 1. Tit. 15. §. 1.* vel Actio ex L. A-  
 quilia utilis L. fin. C. ad L. *Æquil.* in quibus æstimatur  
 damnum ex eo tempore, quo datum est, habita ratione  
 futuræ messis CARPZ *Part. II. Const. 17. def. 9. n. 5.* Vt  
 autem eo magis prospiciatur agrorum dominis, per-  
 missa illis est iure Sax. pignatio seu inclusio pecoris  
 alieni, quod damnum dedit, Landr. *Lib. II. art. 47.* Et, si  
 facile pignerari nequeat pecus, vt sunt porci & anseres,  
 canibus illud persequi & interficere est licitum. Landr.  
*Lib. II. art. 40.*

### §. XXXIV.

Ex proposito & dolo domnum infertur frugibus  
 per furtum, seu ablationem fraudulentam lucri facien-  
 di causa. De hoc autem crimine ita statuit Carolus V. in  
*Constit. crimin. Art. CLXVII.* Wer bey nächtllicher Weile ie-  
 mand seine Frucht oder auf dem Felde seine Nutzung, wie das  
 alles Rahmen hat, heimlicher und gefährlicher Weise nimpt  
 und die hinweg trägt oder führet, das ist auch ein Diebstal,  
 und wie andere Diebstäl vorgemeldter masse zu bestraffen.  
 Haud

Haud tamen generaliter hanc sanctionem intelligendam, sed iuxta XXVII. §. 25. ad L. Aquil. distinguendam esse inter fruges maturas & inter immaturam segetem, ita ut si illas quis abstulerit, furti poena teneatur, si hanc defecerit, actione saltem Legis Aquiliae, tradit STEPHAN. ad Const. Crim. d. art. Porro quod de furti poena hic dicitur, ita interpretatur CARPZ. Pr. Crim. P. II. qv. 83. n. 33. quod accipiendum sit non de rigorosa illa poena laquei in fures statuta, sed extraordinaria & mitiori, ex ea ratione quod tali in casu iudex de corpore delicti nunquam certus esse possit, absque quo tamen ad poenam ordinariam deueniri nequit: Qui enim sentit Couarr. Lib. I. var. resol. cap. 3. n. 12. Add. RICHTER. Vol. II. Conf. 356. n. 6. 7. TABOR. Racemat. Crim. in Expos. analyt. art. 167. ord. Crim. n. 6. in f. *in goss*  
 §. XXXV.

Sub dispositione illa poenali in frugum deprædatores statuta non continetur viator, in itinere per maturas segetes transiens spicasque manu avellens & comedens, vel easdem equo suo lassato portigens. Id namque lege quoque diuina concessum esse legimus Deuter. XXIII. v. 24. vbi ita Moses: Wenn du in die Saat deines Nechsten gehest, so magstu mit der Hand Ehren abrupffen, aber mit der Sichel solt du nicht drinnen hin und herfahren. Quod & approbare videtur ius Canonicum in Can. XXVI. d. Consecr. dist. 5. Sed clarior hoc in articulo est dispositio iuris Saxonici, Lib. II. Landr. art. 68. Er lieget einem wegfertigen Mann sein Pferd, er mag wohl Korn schneiden, und ihm das zu essen geben, als fern er das gereichen mag, stehende im Wege mit einem Fusse, aber er sol es nicht von dannen führen, noch wegbringen zu seinem Nutz. Cum quo concordat Constitutio Friderici Imper. de Pace tenenda, II. Feud. XXVII. §. fin. *Quicumque per terram transiens equum suum pabulare voluerit, quanto propinquius*  
 F secun-

*secundum viam stans in loco amplecti potuerit ad refectiorem & reparationem equi sui: impune ipse equo porrigat. Id ipsum tamen de modicis tantum fructibus assumendum esse, monet CARPZ. Pr. Crim. d. qv. 83. n. 34. nec facile, nisi in casu necessitatis concedi, tum textus Iuris Sax: & feudalis, tum allegatus can XXVI. d. consecr. euenit. Imo ne sit quidem vbiuis locorum id impune fieret, testatur TABOR. Expos. analyt. Ord. Crim. art. 167. n. 8. in f. §. XXXVI.*

Nonnullorum denique locorum seu statutis seu consuetudinibus receptum nouimus, vt contra morosos debitores Messis tempore executio in fructus maturos decernatur, hique cruce quadam lignea, vel ex virgultis confecta eum in finem notentur, vt Domino frugum easdem ex agro deuehere licentia non sit, antequam debitum soluerint: qui exquendi modus communi vocabulo vocatur: die Früchte bekreuzigen. Verum cum hac ratione agrorum fructus per imbres & tempestates facile corrumpi, nec non a furibus lædi possint, non immerito hoc executionis genus displicuit piis Magistratibus, qui proinde frumenta in horreum conuecta arrestari & occludi, quam miserum debitorem duplici damno affici malunt. Vid. D. FRITSCH. d. Iur. Mess. cap. IX. th. fin. & D. PRAES. Schediasm. d. Venerab. Sign. Cruc. c. VIII. th. 4. Atque ita in Ducatu quoque Magdeburgensi nuperime constituit Potentiss. Brandenb. Elector. peculiari Mandato d. An. MDCLXXXIX. d. 30. Iunii verb. Diweil aber offft geschehen soll, daß ehe es, insonderheit von ehlichen Meilen her, unserer Magdeb. Regierung geklaget und die Wiederauffhebung der bekreuzigten Feld und Wiesen-Früchte angeordnet wird, zumahl bey einfallenden Regen oder andern Ungewitter, das Heu auf den Wiesen, und das Getreidig in dem Felde verdirbet, und solches weder der Creditor noch Debitor genießen kan: Solcher modus executionis

nis aber unzeitig und höchst unbillig, auch denen Rechten und unserer Magdeb. Process Ordnung zuwieder ist, bevor ab *in Feriis Messium* von der Execution und Arrestirung anzufangen; Als ermahnen wir, Krafft dieses männiglich, seiner Schuldforderung halber nicht bis auf die letzte Stunde vor der Erndten-Zeit, sondern in Zeiten gehörigen Orts zu klagen und die Hülffe zusuchen: Wir verbieten auch die Bekreuzigung in unserm Herzogthum Maadeburg und der Graffschafft Maassfeld Magdeb. Hoheit gänzlich, und befehlen dagegen, daß wenn einer oder der ander eine richtige oder allbereit liquid gemachte Forderung hätt, und auf die Bezahlung dringen sollte, so viel an Garben oder Hauffen, als die liquide Forderung ohngefähr austrägt, entweder so fort dem Creditori abgefolget, oder eingeführet, das Getreydig in Scheuer ausgetroschen, und der Creditor davon, nach dem gemeinen Markt-Kauffe, befriediget werden solle.

§. XXXVII.


Tandem circa finem dierum canicularium, qui in Bartholomæi diem incidit, haud prætereundum est silentio, quod omnium fere prouinciarum consuetudine tunc securitas, qua ferae volucres per æstatem gaudere solent, finiatur, ac facultas iterum easdem capiendi tribuatur illis, quibus ex Principum gratia id facere licet. E pluribus hac de re promulgatis constitutionibus unicum saltem producimus, Mandatum scil. potentissimi Sax. Electoris, *d. An. MDCXXVI.* Wegen des Vogelfangs, Brent und Eger. vbi §. und begehren *ic.* edicit serenissimus: daß alle und iede sich hinfüro des Weidewercks mit der Eulen, Kloben, Leimstangen oder andern Vogelfang *ic.* auch sonst alles Fahrens, Schießen und Niederweide wercktreibens, in ders verbotenen Zeit, als vom Fastnacht an bis auff Bartholomæi gänzlich enthalten sollen. Quod idem & iam antea in *Resol. grauam. d. An. MDCIX. Tit. Renth. Sachen. n. 19.* prohibi-

hibitum, ac Nobilibus exemptionem ab hac prohibitione petentibus repulsa data fuit: verb. Nachdem die von Adel in den affecurirten Aemtern unterthänigst gebeten, ihnen zu verstaten, zwischen Fastnacht und Bartholmái das Federwildpret zu schieffen, und aber solch ihr Suchen denen am 9. April. 1604. publicirten Ausschreiben durchaus zu wieder, zu deme die Verhegung des iungen Federwildprets in der Brut und Sommerzeit zu gemeinen Nutz gereichet, Als ist, Uns auch, ein anders nachzulassen, nicht unbillig bedenklich.

§. XXXIIX.

Quod de auibus feris statutum est, illud etiam in feris animalibus obtinet, quippe quorum captura ante Bartholomái diem suspensa, post illum rursus conceditur & libere exercetur, prout patet ex *Ordin. Provinc. Elect. Sax.* & hic inserto Mandato d. An. MDCX XIX. §. Wir werden auch berichtet, daß von vielen unsern Unterthanen, in verbotener Zeit, so bald nur das Feld ein wenig geräumet, und also vierzehn, auch wohl mehr Tage vor Bartholmái zum Jagen der Anfang gemachet, und hierdurch, bevorab in Kappel, Jagten, alles weg gehehet werde, welches, weil es unserm Ausschreiben und Landes, Ordnung schnurstracks zuwieder, wir hiermit nochmahl zu allem Überfluß wollen verboten haben.



  
 I D  
 Als hier  
 geschick